Proin omnibus et singulis Palatinis Castellanis Capitaneis
Proconsulibus Advocatis ac in Universum alijs omnibus officialib
ac Senioribus quorumcunq contuberniorum opificialium subditis
nostris strictè Praecipientes Mandamus ut non obstantibus diver-
sis iurium sanctionibus quibus auctè nra Regia quoad effectum P̄-
sentium derogamus derogatumq esse volumq sub poena Mille
florn Ungaricalium Fisco nro Irremissibiliter Praedictum N. pro (…)
habeant reputentur iudicent Atq in omnibus non solum publicis
sed etiam privatis locis actionibusq pro tali haberi, reputare
ac censeri faciant nram hac in parte auctoritatem interponen ut
omnibus omnium conditionibus honoris et maternorum alisq
bonorum successione gaudere et potiri ac ad gerendum Di-
gnitatibus et officijs alijs omnium iurium Praerogativis quas Le-
gitimo debentur tuto Perfrui queat Harum etc.

Mandatum in non impedien civibus civitatis etc.

Magco et Nle Sincè nobis dilecto gram nram Regiam. Magce
Sincè nobis dilecte. Delatum est ad nos per complures Regni nri
Consiliarios Sinceritatem tuam bono et commodo publico tam omnibus et singulis
Equestris ordinis Viris quam Civibus et incolis civitatis nostrae
N. Privilegijs et libertatibus per olim Serenissimos Reges Poloniae
Praedecessores nros Civitati eorum concessis et per nos confirmatis
matixi animo deliberato statuunt et ordinant ne vectā ab oenopo-
lis Vina et varij generis potus vicinantibus alisq alijs permutan-
tibus et pro libitu arbitrioq suo venum exponentibus filius (…)
tam equestris quam plebei defraudarentur reluctari ac opponi
re velle. quod laudabile Proconsulis et Consulum N. factum
dotatum Iuribus et Privilegijs in communem cedere utilitatem
et habitationem morum omnium iudicamus Sincè tuae Mandamus non
aliter fieri volentes ut ne tam utili Proconsulis et Conss. Civitatis
nrae N. facto contrarium se praestet verum etiam auctoritate sua
promoveat et promoveri curet. Aliter pro gratia nra Sincè tua non fa-
ciat Datum etc.

Consensus cum adultalitate

Notum facimus etc. Animadvertisse nos in Gnoso N. Secretario
nostro et Aulico non solum singularia quaedam naturae ingeniisq
bona sed etiam praeclara apud exteros homines quaesita in-
stitutionis ornamenta quarum quidem rerum opere actiones et
ornatus ita nobis adhuc operam navavit ut observantiam
et fidem suam nobis praeclare probaverit. Eum itaq et remunerare

et ad captum de nobis bene merendi studium magis etiam libera-
litate nostra cupientes accendere, adducti ulterius ipsi a nobis eiusque. Ut
ipsi faceremus potestatem redimendarum villarum nostrarum N et N et
emancipandarum de manibus successorum Generosi N idque literis nostris
hisce facimus potestatemque damus villas nostras supramemoratas redi-
mendi. Quas sicuti primum erunt redemptas habebit, possidebit
utetur et fruetur illis ad extrema usque vitae suae tempora. Neque
enim quispiam illarum villarum possessione et usufructu supramemo-
ratum N. quoad vivet privare poterit, nobis solis exceptis si ad
usum nostrum proprium pecuniaque propria eas villas voluerimus redi-
mere, id enim nobis integrum reservamus. Quod si eas villas
ad usum nostrum proprium pecuniaque propria de manibus eius redem-
ptas alii cuipiam homini N vivente oppignorare seu obligare
aut locare aliove quovis modo possidendas tradere voluerimus liberum
erit ei ea pecuniaria summa pro qua villae nostrae praefatae fuerint per
nos cuipiam vel obligatae vel locatae, vel alio quovis modo possi-
dendae traditae de manibus eius a quo forte possidebuntur redi-
mere, usque utifrui cum omni iure dominio et proprietate ad ex-
trema usque vitae suae tempora N non obstantibus contrariis literis
si quae forte ex Cancellaria nostra his posteriores fuerint editae eas
enim irritas nullasque esse volumus foreque decernimus. Eoque mortuo
nos successoribus eius ea pecuniaria summa numerata et soluta quanta
villae nostrae N et N per eum de manibus Generosi N successorum
fuerint redemptae poterimus pro nobis villas nostras supramemoratas
iure nostro recuperare iuribus nostris perpetuo in eisdem villis
manentibus salvis. In cuius rei fidem sigillum etc.

Consensus sine aduitalitate

Significamus etc. Tantum apud nos partes et flagitationem
eorum qui nobis Generosum N. commendaverunt valere ut
facere non potuerimus quin ipsi Advocatiae seu Sculteriae in
villa N de manibus Honestorum N et N. quorumcunque possessorum
ad usum suum redimendi potestatem faceremus uti quidem iam literis
nostris hisce facimus volumusque hoc ei esse liberum ut Sculte-
tiam seu Advocatiam supramemoratam summa non aucta sed tan-
ta quanta in literis originalibus expressa continetur vel
alioquin iuxta eorum aestimationem redimat, redemptamque tam-
diu habere tenere et possidere ac omnibus eius commodis
et fructibus iuxta literas originales uti ac frui possit quan-
diu illi summa in redemptione expensa per nos non erit nume-
rata. Quod si forte etiam cuipiam alteri antehac ius ali-
quod super eandem Advocatiam seu Sculteriam dederimus
ipse vero huiusque usus non esset illud qualecunque sit tollimus
abrogamus ac nullius roboris esse iam exnunc decernimus. Tandem